



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 95. Variæ Sacrarum Congregationum Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Hoc item anno Joannes Christianus *Sæc. XVII.*
 Augustus Holfatiæ Dux orthodoxæ *A. C. 1705.*
 Religionis veritatem, quam miserente
 Domino meruit agnoscere, alacri etiam *Epist. Clem.*
 invicto animo complexus est, atque *XI. p. 289.*
 in gremium veræ Ecclesiæ rejecto er-
 rore sese recepit: Hujus Principis con-
 versionem summus Pontifex in sua ad Jo-
 sephum Imperatorem epistola plurimum
 vel eo nomine commendabat, quod hic
 Dux adeo terrena flocci habuerit, ut
si a præclaro Militiæ loco, quem in Aca-
tholicorum copiis obtinet, sibi propterea
cadendum sit, prout timere est, vel si bona,
ac fortunæ, quæ a Matre id inique ferente
subtrahi jam cœperunt, amittenda sint, cer-
tum sibi sit, a tam salutari proposito non
resilire, in quo adeo non nutat, aut hæret
animo, ut imo assiduis pietatis operibus, &
Sacramentorum frequentia vocationem suam
certam facere, & semper magis satagat
comprobare.

Quapropter Pontifex eundem præ-
 fato Cæsari enixe commendabat.

§. XCV.

Variae Sacrarum Congregationum de-
cisiones & decreta.

Paucas ex SS. Congregationum deci-
Decis. SS.
fionibus huc referre haud inutile
Congr. Ep.
erit; igitur die decima sexta Maij Sacra
Rit. &c.

Z 4

Epi-

Sæc. XVII. Episcoporum Congregatio decidit, quod
 A. C. 1705. Vicarius Capitularis infra annum possit
 dare facultatem Episcopo extero excedendi in Diœcesi Pontificalia. Die autem decima octava Maij Rota Romana declaravit, quod Canonici Cathedralis dignitate & præeminentia excedant dignitates Collegiatarum, cum ipsi dicantur Clerici primi gradus, & Fratres Episcopi. Declaratum quoque die sexta Junii, quod in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis Missa Conventualis applicanda sit quotidie pro Benefactoribus, non obstante consuetudine immemoriali. Eiusdem Mensis die vigesima septima Sacra Concilii Congregatio censuit, quod non possit Episcopus in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata præterdere administrationem Eleemosynarum, quæ colliguntur pro celebratione Missarum manualium, sed hoc spectet ad Capitulum: nec possit Episcopus cogere Canonicos ad interessendum Processioni, quæ fit in tertia Dominica Mensis: respondit quoque die octava Augusti, quod Capellani, & Beneficiati celebrantes pro Capellanæ fundatoribus, non teneantur Missas celebrare tempore, quo capitale dotis assignatæ est otiosum, & infructiferum sine eorum culpa. Ritum vero Congregatio die duodecima Septembris statuit, quod in processionibus

& funeralibus debeatur præcedentia Sæc. XVII.
 Parochis supra Mansionarios, etiam A. C. 1705.
 Ecclesiæ Cathedralis, incedentes sine
 Canonicis & Capitulo, Mansionariis
 autem Collegiatæ incedentibus abs Ca-
 pitulo non fit licitum deferre pelles su-
 per brachio in ejusmodi functionibus.

§. XCVI.

Scriptorum Catholicorum opera & decessus.

Celebriores ex Scriptoribus Ecclesia-
Dupin nouv. Bibl. t. 18.
 sticis hoc anno defunctis occurrunt
pag. 300.
 sequentes. I. Claudius Hugo Mathoud
Vid. supra l. 211. §. 67.
 Benedictinus ex Congregatione S. Mau-
p. 339. l. 66.
 ri, qui posteritati reliquit tractatum de
 vera Senonum origine, catalogum Ar-
 chiepiscoporum Senonensium, tres li-
 bros sententiarum Cardinalis Poli, &
 Petri Pictaviensis. II. Balthasar Pag-
 lia Ord. S. Francisci scripsit Paraphrasin
 epicam in Psalmos & Cantica, trium-
 phum amoris in Divini Verbi incarna-
 tione, præter orationes, epigramata, &
 alia nonnulla. III. Tyrsus Gonzalez Hi-
 spanus Societatis Præpositus Generalis,
 cujus fata & adversitates ob Probabi-
 lismum impugnatum a suis perpeffas
 jam supra retulimus: His Brietii Je-
 suitæ Annalium Continuator hæc ad-
 dit: *Vir probitatis eximie, & qui alie-*